



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 15. Essexiæ Comitum matrimonium in Anglia dissolutum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. Adenum Turcici imperii urbem ad mare
A. C. 1613. rubrum sitam ceperunt, ac spoliarunt.

§. XV.

*Essexiæ Comitis matrimonium in An-
glia dissolutum.*

*Rapin Thoi-
ras Hist.
d' Angl. l. 18.*

Hic annus in Anglia celebris erat ob
triplicem eventum, qui nonnisi
diabolica arte, ut inquit Rapinus, ex-
cogitati, atque ad exitum deducti fue-
re: Horum initia erant dissolutæ Esse-
xiæ Comitis nuptiæ, progressus autem
novum Comitissæ connubium, ac de-
mum funesto, ac prorsus iniquo fato
earum exitum dabat Overburii Equitis
cædes. Præprimis igitur Robertus Cæ-
cilius juratus Catholicorum hostis veri-
tus, ne juvenis Essexius Comes cædem
Patris sui ab ipso promotam ulturus
in ipsius perniciem quicquam molire-
tur, eundem sibi arcto affinitatis vin-
culo obstringere nitebatur, hancque in-
rem Franciscam Hovrardam Neptem
suam Comiti in matrimonium dare con-
stituit: nec defuit consilio successus;
quippe anno Christi millesimo sexcen-
tesimo sexto ambo nuptiis junguntur:
Comite nonnisi decimum quintum, &
Francisca decimum tertium ætatis an-
num agente. Iter agebat Comes in
Franciam & Germaniam, donec interim
ejus

ejus Sponsa Viro matura esset, inde Sæc. XVII.
 vero reversus non sine ingenti admira- A. C. 1613.
 tione sua Sponsam suam, utpote secre-
 tis Roberti Carrinatione Scoti, & Regi
 in primis dilecti, amoribus irretitam,
 usque adeo a se alienam repererat, ut
 illa nullo pacto matrimonii usum suo
 Marito concederet, spe freta, quod
 adhuc intacta eo facilius connubii sui
 dissolutionem a Rege utpote supremo
 Anglicanæ Ecclesiæ Capite, impetrare,
 ac Roberto Carro natione Scoto, qui
 Regis cliens nuper Rossæ Vice Dominus
 erat nominatus, nubere posset, in hunc
 enim Comitissa immodico flagrabat a-
 more, quamvis adhuc illius flammam
 sedulo occultasset. Tandem vero, ut
 a Mariti sui thoro sese divortii benefi-
 cio liberaret, Suadente Turneria cujus-
 dam Medici Vidua, Formanum de ma-
 gica arte suspectum rogabat, ut Esse-
 xium Comitem ad connubii usum suis
 maleficiis ineptum, Vice - Dominum
 vero in Comitissæ amorem impotenter
 accensum redderet. Paruit Magus,
 hancque in rem Comitissæ quosdam
 tradidit pulveres in Comitis lectum in-
 spargendos: circa Vicedominum vero
 sibi soli curam relinqui petiit Magus.
 Verum Comitissa, quamvis ejus Spon-
 sus, Formari arte nihil proficiente,
 ipsius amplexus avidè expeteret, tan-
 toperè

Sæc. XVII. A. C. 1613. topere sese ab eo averſam monſtrabat, ut Comes amore in contemptum verſo illam quoque ſuo relinqueret arbitrio: hinc illa liberiorem auram naſta Carro Vicedomino ſuum hucusque occulta- tum amorem libere declarabat, eundem preſta, ut conjugii ſui diſſolutionem apud Regem urgeret: Hic vero hanc ſibi fortem gratulatus omnem ſponde- bat operam, ſuumque conſilium ſoli Thomæ Overburio ſibi in paucis charo detegebat, qui tamen ea, qua par e- rat, integritate huius facinoris indigni- tatem, periculumque eidem exponens, illum ab huius propuſi conſilii exe- cutione abſturrere, totis viribus cona- tus eſt. Carrus inde graviter offeſus, Comitiffæ inſtigantis furori ac vindictæ amicum ſuum immolare ſtatuit, & de- nigrata ejus fama Regi auctor exſtitit, ut Overburius in Moſcoviam Legatus de- cerneretur: doſe tamen Carrus eidem Overburio ſuggerebat; quod, cum ejus ope ac conſortio deſtitutus haud vivere poſſet, Regem accederet, oblatamque Legati dignitatem deprecaretur: inci- dit in has inſidias incautus Overburius; mox enim Carus ejus repulſam pro per- vicaciæ, inſolentiæ, & rebellionis agi- tatiæ indicio apud Regem interpretaba- tur, eumque eo inducebat, ut Rex in- felicem hunc Virum ad Turrim Londi- nensem

nensem captum abduci juberet, cum-
 que non ita pridem Gervasius Ellwy-
 fuis hujus turris Præfecturam per Car-
 ri favorem obtinuisset, eidemque hoc
 nomine plurimum obstrictus esset, ad
 ejus jussa Overburius tam arcte custodie-
 batur, ut miser nullius alloquio frui
 permetteretur: Dum interea Overbu-
 rius in carcere langueret, Nortampto-
 niæ Comes dextere a Carro suborna-
 tus, matrimonium Comitissæ dissolvi,
 a Rege petiit, eoquod Essexius Comes
 ad conjugii usum inhabilis foret, quo
 audito Rex, quamvis de tota rei serie
 a Carro jam antea edoctus esset, ne
 tamen temere quicquam decrevisse vi-
 deretur, suis Pastoribus injunxit, ut
 desuper Comitem examinarent: His
 ad quæstiones de rebus, quæ Ecclesia-
 sticos minime decebant, descendentibus
 Comes, qui ipse ab indigna sponfa
 sua liberari desiderabat Studiose solum
 ea respondit, quæ dissolutionem matri-
 monii suaderent; quocirca Rex pro-
 nuntiata sententia utramque partem a
 connubii vinculo solvit, incassum recla-
 mante Cantuariensi Archiepiscopo,
 quem tamen Rex graviter objurgatus,
 suæ sententiæ æquitatem ipsius vindi-
 cabat, Archiepiscopi vero sententiam
 non nisi Puritanorum principiis inniti
 edicebat: *Exinde patet*, inquit Trisan-
 thonum

Sæc. XVII.
 A. C. 1613.

*Annal. Ja-
 cob. I. p. 3.*

Sæc. XVII. A. C. 1613. thonum Comes, quam potens sit in An-
 glia auctoritas Regis in *Judices*, quorum
 quatuor erant Episcopi, & tres Laici:
 Die igitur secunda Decembris Comitissa
 eidem, cujus antea illicitis sese di-
 cabat amplexibus, solemnibus pompa nu-
 pserat, Scotis palam per ludibrium
 spargentibus, quod ipsemet Rex suos
 clientes edocuerit, quo artificio suas
 amantissimas Maritis eripere, & sibi copu-
 lare valerent; jam enim Rex pari ratio-
 ne in Scotia Marchiæ Comitissæ matri-
 monium dissolvit, ut Araniæ Comes
 Regis cliens hujus uxorem ducere pos-
 set. Ceterum Rex eundem Robertum
 Carrum peractis nuptiis Sommerseti
 Comitem creabat.

§. XVI.

Overburius violenta morte sublatus.

Wilson Hist. Jacob. I. pag. 73.
Calmet Hist. Univ. t. 16.
Anton. Waldon Cour du Roi Jac. pag. 80.
 In hoc matrimonio novi Sponsi uni-
 ce eo intenti erant, qua ratione in-
 noxium Overburium e medio tollere
 possent, quin tamen in necis suspicio-
 nem traherentur. Post varias consul-
 tationes tandem veneni clam propi-
 nandi consilium præplacuit: hanc in-
 rem Turneria rursus suum obtulit ob-
 sequium, subornans juvenem nomine
 Weston, quem carceris Præfectus
 in captivi famulum cooptare jubeba-
 tur: